



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 51. Canon Paschalis Victorii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Sæculum V. octavo Kalendas Maji, nempe vigesima
A. C. 454. quarta Aprilis esse celebrandum. S. Leo
 S. Proterii Auctoritati magis, quam argu-
 mentis cessit, ne Celebritas Paschalis in
 diversis locis diverso tempore ageretur,
 scripsitque epistolam ad omnes Episco-
 pos Galliæ, & Hispaniæ, quinto Kalen-
 das Aug. post Opilionis Consulatum, seu
 28. Julii, anno 454. datam, in qua signi-
 ficat, anni proximi Pascha octavo Kalen-
 das Maji, non autem decimo quinto, ut
 aliqui putabant, id est, vigesima quarta
 Aprilis, & non decima septima, celebra-
 dum esse. Exinde hæc quæstio quievit.

§. LI.

Canon Paschalis Victorii.

*Epist. Hila-
 ri apud Bu-
 cher. de Doct.
 temp.*

Sanctus Leo, ut hæc incommoda tolle-
 ret, & ne Romani Alexandrinorum
 Auctoritatem cœce sequi deinceps cogere-
 rentur, novum Canonem Paschalem con-
 di jussit; saltem verosimile omnino est,
 quod Victorius Canonem suum S. Leone
 mandante composuerit. Interim hæc
 nobis constant; Hilarum, tunc tempo-
 ris Archidiaconum Romanum, post hæc
 Summum Pontificem, Victorio præce-
 pisse, ut per otium in causam inquireret,
 cur hæc super Materia Græci, & Latini
 diversa sentirent, & Regulam demonstra-
 ret, cui imposterum esset inharendum.

Victo-

Victorius natione Gallus erat ex Aquitania, quem, irruentibus Gothis, Romam se recepisse pronum est credere. Is de mandatam sibi Provinciam suscepit, atque, ne incassum laboraret, totam Lunarum, dierumque, nempe feriarum, scilicet, a Primordio Mundi secundum Eusebii Chronicum, repetere aggressus est. Judicavit, Lunari novendecim annorum Cyclo, quo Græci utebantur, securius insisti posse, quam Cyclis Latinorum, tumque hanc periodum juxta Solarem viginti octo annorum Cyclum multiplicans, Canonem Paschalem quingentorum triginta duorum annorum confecit, ceteris omnibus, qui hucusque extabant, ampliozem. Hic Canon, ipso Judice, & Auctore, incipit cum duorum Geminarum Consulatu, quem anno Passionis ponit, & secundum æram nostram vulgarem, anno Incarnationis 559. clauditur. Hunc Canonem Paschalem Victorius, Constantino, & Rufo Consulibus, anno 457. in lucem edidit, quem præprimis Latini sequuntur. Iste Auctor etiam sub Nomine Victorini, vel Victoris occurrit.

§. LII.

Epistola Anatolii ad S. Leonem.

Anatolius Constantinopolitanus, Imperatore potissimum instante, S. Leoni recon-

Sæculum V.

A. C. 454.

Genn. Illu.

c. 88.

*Ep. Victor.**ap. Bucher.*